













- 1) <sup>a-c</sup> Ludovici, Jac. Frideric.: De limitibus defensionis in bello defensivo. 3 Baupt. 1706: pag. 4. 3 Baupt.
- 2) <sup>a-c</sup> Ludovici, Jac. Fridericus: Problema juridicum, an et quatenus affectus humani in foro considerentur 3 Baupt. 1706, 1736: 1747
- 3) <sup>a-c</sup> Ludovici, Jac. Frideric.: De intercessionem innocentium 2 Baupt.
- 4) Schuerder, Jo. Frideric.: De promotionibus per saltum
- 5) Schmidt, Jo. Frideric.: De successione legitimorum in fundis
- 6) Skaldin, Georg. Erueles, med. Naet. et prof. publ. Med., Sec.: De testimoniis medicis. (et de probationem in reg. Schannii Burchardi inventis)
- 7) <sup>a-c</sup> Skaldin, Jo. Samuel: De translatione ministerium ecclesiae.
- 8) <sup>a-c</sup> Skaldin, Jo. Samuel: De translatione ministerium ecclesiae. Pd. 2. 1743.
- 9) <sup>a-c</sup> Skaldin, Jo. Samuel: De notorio 2 Baupt.
- 10) Skaldin, Jo. Samuel: De appellatione an suspensione in processu summarissimo.

De. Hy. Kins, Dr. Samuel: De eo, quod injustum est circa  
iuramenta iudicialia

*[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*





2

HALLE

PROFESSOR

PROFESSOR



*Faint, illegible handwriting in cursive script, possibly a list or account, covering the top portion of the page.*





655

1706, 17

**GEORGII ERNESTI STAHL,**  
D. & P. P. h. t. Fac. Decani

**PROPEMPTICON INAUGURALE**

*DE*


**EXPERIMENTO  
FALLACI.**

HALÆ,

Litteris Orphanotrophii Anno M DCC VI.







Arva mole magnum pondus habent, eoque ab aliis, quoquo modo ipsis similibus, a peritis distinguuntur, *Aurum, Adamas, Veritas*. Enim vero ut non quodvis quod nitet *Aurum* est; ita etiam non omne quod auditur speciosum, pariter proinde *Verum* est: Imo vero, quicquid in speciem magis diffunditur, neque tam in se habet, quam a verborum lenocinio præstolatur, quo se commendat, aut vere *evidens* fit, nunquam *Verum* est. Imo habet hoc ut *Aurum*, ita *Veritas*, ut ex apparente primo parva sui magnitudine, in latitudinem vix credendam expandi possint, & nitore suo, veram demum elegantiam magnæ quantitatis rerum secum connexarum conciliare. Possumus hujus rei hinc inde exempla reperire, placet autem unum jam solum contemplari, in effato illo, vulgo quidem notissimo, sed sane pro dignitate sua paucis debite considerato, *Hippocratis*, quando πείραν σφαλῆν, *Tentamen fallax*, pronunciat. Certe, si quis alius, ex antiquæ virtutis atque fidei scriptoribus, donum illud habuit, breviter & nervose scribendi, *Hippocrates* habuit: nempe cum primis in illis asseritis, quæ ipse e suo intellectu, & sua scientia, profert, non æque vero, ut ab aliis audita vel comperta, commemorat. Utitur hoc scribendi genere in primis in *Aphorismis*, tam ratione, quam firma experientia sibi perspectissimarum rerum, monumentis: inter quos primo statim loco ponit illum, qui hoc continet quod citavimus, *instabilem esse, titubare, fluctuare, Experientiam*. Hoc ipsum quidem partim experimento ita deprehendi, adeoque & ipsum fluxa fide laborare, cavillari quis posset: sed profecto falleret aut falleretur, quandoquidem non nuda simplex experientia hoc tradere *Hippocrati* potuit, aut cuiquam alteri ita tradet, quam ipsa potius *ratio*, quovis modo dictabit atque firmabit. Loquitur enim *Divus Senex de Arte Medica*. In hac, & alia difficilia esse atque impedita, variis modis monet: & ipsam omnino *Experientiam*, σφαλῆν: quæ vox proprie usurpari solet de gressu titubante, instabili, & multa tam vacillandi, quam cespitandi proclivitate, ad lapsum prono: cui tanquam in lubrico nihil liceat fidere. Ita affectam esse vult τὴν πείραν; non æque solum innumeris exemplis prægressis & succedentibus, ita perplexam, ut etiam saepenumero illud, quod ita evenit, verifimilius exceptionem a regula, quam regulam



B57

22

☉ (o) ☉

gulam suppeditare, apparere possit: sed etiam ipsam in primis *actiuam* experiendi *methodum*, *tentandi* conatum, *veritatem inveniendi*, atque *eruendi* studium, veluti non habere ubi pedem figat, aut ab *offensione*, imo vero a *lapsu*, defendat. Videri posset quasi hoc *Hippocratis* assertum forte illo solum, quo ipse vixit tempore, locum habuerit, post illa vero tempora, tam multiplici, imo *fecunda occasione* tentandi, quam ipse felicissimo *successu*, antiquatum sit, ita, ut hodie ne quidem locus amplius esse deberet *tentationi*, sed potius quicquid olim defecit, tam longo temporis intervallo ita expletum sit, ut jam *experientia realis*, & quam appellauimus a *posteriori*, omnis ambiguitatis expers, undique vigeat. Sed aliter se res habet. & videtur *Divinus Senex* quasi *divinans* hoc in omne tempus venturum *prædixisse*, & velut *Oraculum* quoddam edidisse: manet hodieque & vigeat passim hæc experiendi *incertitudo*, & facilis *experimentorum fallacia*. Interim arduum *prostris*, & magnæ *considerationis* est *obiectum*, circa quod *experimenta* talia non solum debeant occupari, sed *subinde etiam minus feliciter versari* videantur. Ingens *præfecto* est *opprobrium*, quod ante tam longum jam tempus *Plinius Medicis* *impegit*, quod *periculis hominum discant*, & *experimenta, per mortes agant*. Neque *præfecto* quisquis tandem sit, *absolute* hic *contradicere*, & *nudæ calumniæ* aut *obrectationis scriptorem* *infirmulare* potest; quandoquidem *omni utique rationi conformi* hoc est, quod quicquid in hoc genere minus *prudenter*, minus *dextre* & *perite* fiat, si non *nuda temeritate*, certe tamen *mala fortuna*, si non *æque* in ipsam *mortem*, tamen in *periculum*, aut ad *minimum in irritum*, exeat, quo *ægotanti*, cui aliter *melius subueniri* potuisset, nihil *consulatur*. Non abs re autem fuerit in hujus *mali causas* penitus *introspicere*, & *quænam utique culpa* subit, *quam obrem* in re *longe aliter optanda*, tam *parum felicibus esse liceat*, *contemplari*. Apparet autem hic non una culpa, non solum in ipsorum *Experientium*, sed *revera etiam subiectorum atque obiectorum* *dispari* *habilitate*: quamvis *minime negari* possit, quod illa ipsorum minus *dextre Experientium* culpa, *revera quouis modo* *facilius obtingere possit*, imo, si quod res est *dicere* debeamus, *etiam familiaris* hoc *facere soleat*. Peccatur autem hic *duplici persuasione, aliena, & propria*. Illa, quando *pollicitationibus* *amplis*, & *multo verborum lenocinio* *instructis*, *temere fides* *adhibetur*, & quæ non solum non *certa*, sed *nimum* quam *sapissime etiam* *revera vana* sunt, *pro veris & indubitatis* *recipiuntur*. Aut ad *minimum improvide*, imo *subinde* *revera frivole*, quicquid illis *etiam veri*, *interdum etiam* in suo *ambitu merito laudandi*, *ineff*, *sine ulla solida ratione*, per *inconsideratas extensio-*

7


( 2 )



nes, temere ita diducitur, & ad quoslibet, etiam quantumcunque alienos casus trahitur, ut saepe numero, destituenta vanam ejusmodi spem omni eventu, etiam illud quod *verum & laudabile* inest, in *dubium*, aut ad minimum *oblivionem*, vel plane *contemptum*, adducatur. Multum autem incommodi, imo vero damni hic infert, communis passim, non raro tamen etiam *propria* persuasio, tanto magis fere recepta, quanto minus fundamenti habet, *dignitatis* prorsus, peculiaris, & inde etiam quasi per bonam consequentiam *efficaciae* singularis, peculiarium quarundam materiarum, verbi gratia *Auri, margaritarum*: vel etiam qualicumque tandem, *in genere* exoptabili, sed *in specie* passim formidabili efficacia conspiciuntur, *Opii* &c. Ubi certe a prioribus illis, quoties promissi tales, amplius & magnifici effectus, cum neglectu aliorum, quoquo modo *certiorum*, imprimis autem convenientioris *methodi*, in usum trahuntur, prognascitur inde non solum in se fallax atque nullus effectus: sed accersitur etiam melioris contemptu, ingens *periculum*, cui hac ratione aeger exponitur, dum quidvis potius, quam quod debebat, perpetratur. Ingens autem in hac re offendiculum, objicit praepostera & nimis quam intempestiva *eloquentie* affectatio, qua tenues res, praeposteris laudibus ita *ornantur*, ut simplicibus, & caeca quasi fide credere paratis, nudis *speciosis nugis* falsa pro veris venditentur: quod opprobrium profecto recentium temporum varios *Commentarios in Materiam Medicam*, maximo jure ferit, qui vanis verborum phaleris, elumbes etiam & revera inertes materias, instruere non verentur. Est quidem iam paulo antiquior & ad minimum integro seculo annotationis hujus generis abusus, in illa non tam conscriptione, quam *transcriptione*, librorum *Herbariorum*: Interim tanto magis certe damnari nequeatur illa fraus, qua, dum istiusmodi libellis nusquam neque habetur neque adstruitur magnopere fides, ex illis tamen in eos libros transcribitur eadem fabula, quibus certior fides quaeritur. Hasce res quando imprudentiores ita in diem amplectuntur, & pro veris recipiunt experimentis, fieri utique aliter non potest, quin passim τὸ σφαλῆδος, *lubricum, incertum, fallax*, imo *falsum*, inde reportetur. Praecipua vero, & profecto ardua, difficultas, etiam bona experimenta ab incertitudine vindicandi, haeret omnino in *defectu* illo Medicinæ solemnissimo, *veram propriam indolem, progressus, atque successus* morborum, debite intelligendi: & tum *veram efficaciam* aliquorum experimentorum, secundum hasce circumstantias, vere dijudicandi: tum *apparentes* quosdam effectus, sed verius fortuitos eventus, ita intelligendi, ne illis temere adscribatur, quod e fonte prorsus alieno fluit, & subinde nullum absolute respectum ad illud habet, quod ipsi hac ratione *directe*, imo *unice*, ad-



039




adscribitur. Mire ferax hujus modi rerum omnino est Praxis Clinica: quan-  
do in *robustiore* indole, plebeiorum laboribus assuetorum, aliquando exqui-  
site *heteroclitico* effectu, remedium aliquod efficit, ut vehementius *concitata*  
natura, dum tale remedium *excutere* laborat, *simul* etiam alium aliquem re-  
liqui morbi *somitem* una elidat: quale quid in aliis *tenerioribus* audere; ni-  
hil aliud sit, quam vere simpliciter malum universum *exasperare* atque *de-*  
*terius* reddere. Ita etiam varie succedunt aliqua tales operationes, in *de-*  
*clinatione* morborum, in *criticis mutationibus* instantibus, aut spontaneis  
quibusdam *eruptionibus*, veram aliquam *exonerationem* perpetrantibus &c.  
Imo vero specialissima penitus considerationis hic est, efficacia medicamen-  
torum *diversorum*, sub *diversis temporibus*, vel totius morbi, vel peculiarium  
ejus *progressuum*, & inprimis *paroxysmorum*. Quam *lubrica* vero sit hæc  
res, monstrant documenta partim *a priori*, partim *a posteriori*: illud, dum  
v. g. adhuc nimium in obscuro hæret plerorumque huiusmodi *geniorum* mor-  
bidorum debita notitia, & verus intellectus, *vbi, quomodo & quando*, Naturæ  
subvenire *necessarium* sit, aut omnino *integrum?* *a posteriori* vero, in oculos  
hoc ingerit, incredibile illa, nisi ante oculos jaceret, allegatorum scriptorum  
de Materia Medica *confuso*: ubi omnia in diem, *simpliciter*, ad hunc ad istum  
morbum deprædicantur, sine ulla recordatione, nedum *comonstratione*,  
harum *conditionum*, sub quibus laudatam suam efficaciam exferere possent &  
deberent. Quid, quod altera adhuc subest, revera nihilo levior, atque ad-  
eo certe summo jure *accusanda*, Practicorum scriptorum, *negligentia* dicam,  
an *fallacia*, dum nusquam fere, certissime vero nusquam pro dignitate præ-  
dicunt, a quibus experientis, aut in quibus tandem morbis, *vere aliquid*  
*solidi* atque minus incerti, expectare sit *integrum*: sed potius prompte ad *quos-*  
*libet* morbos, *quaslibet* curationes conferciunt, tanquam nullum sit *dubium*,  
quin non solum possint, sed *facile* etiam, imo *abundanter*, variis modis, in-  
numeris remediis, affectus tales extirpari: Quod tamen, in multis etiam *abso-*  
*lute*, falsum sit, nedum fallax. Tanto alienior autem est illa in super experi-  
entia *lubricitas*, qua rebus per se incertis, ornandis possim insudatur. Ita  
verbi gratia sit sæpenumero, ut præoccupata mens querere insistat, & operose  
quidem, quod *nusquam* est. Verbi gratia, Vir honestissimus, & sane sollici-  
tus optima intentione, quemadmodum agris utilissime inferuire possit, prolixè  
mihi nuper commemorat, *quibus methodis* in animo habeat, e *Venere elicere*  
*verum remedium antepilepticum*: irritò profecto labore, cum hæc efficacia  
in Venere non *institi*. Fiunt autem hujus generis errores innumeris modis & ex-  
emplis. Superest ut tria verba dicamus de *circumspectione*, qua hujusmodi *cras-*  
*fiores*

)( 3

7





fiore in experiundo cespitationes, evitari possint. *Primum* certe locum hic sibi vendicat, *credulitatis* evitatio, ne temere traditionibus, inprimis plurimum *exornatis*, fides cœca habeatur; *secundo*, quicquid utique ita promittitur, cum omni *attentione* atque solertia *tentetur*, ne etiam bono forte experimento, fides ita simpliciter pereat: *tertio* adhibeatur omne studium, ut vel *a priori* comprehendantur, sub quibus forte plane *peculiaribus*, morbi aut remedi *conditionibus*, experimento aliquid tribuere sit integrum: vel *a posteriori* etiam, forte judicare liceat, quo maxime *genere* aut *tempore* morbi, & quo inprimis *usu*, Experimentum ab illa *incertitudine* immune evadere possit: ad quem scopum, *quinto*, omni modo veram *indolem* atque genium morborum æque, atque *sexto*, *Nature* ipsius motuum, & recte comprehendere, & recte comparare, cordi omnino habeat. Hac demum ratione fiet, utingens illa *incertitudo*, *minuatur*, quæ hodiernis temporibus atque moribus tanto *major* est, quam *Hippocratis* ævo, quanto plures non solum, sed plura etiam & altiora, sapere vel profiteri, vel videri volunt. Certe vero nervi sapientiæ sunt nec temere credere, nec temere non credere; sed potius omnia quæ infucam aliquam speciem habent, caute tamen atque provide, probare: quod autem bonum est retinere.

Piacuit hæc præmittere publicæ commentationi quam debemus:

DN. CHRISTIANO FRIDERICO

Richter/

Medicinæ Candidato dignissimo.

Natus hic est Sora riæ in inferiore Lusatia, Patre Viro Prænobili atque Consultissimo, DOMINO SIGISMUNDO RICHTERO, J Cro Celeberrimo, & Illustrissimi Comitis de Promnitz Cancellario atque Consiliario gravissimo: Matre & genere & virtutibus pariter nobili matrona, ANNA MARIJA DEBLERIA. Patre jam aliquot abhinc annis cœlitibus adscripto, Mater adhuc superstes vivit. Hi parentes honoratissimi, pro sua pietate, ab ipsa nativitate, & inde per reliquam vitam Deo dicatum charissimum filium, in Christianæ fidei elementis decenter instruendum curaverunt: simul tamen




❧ (o) ❧

quando aetas tulerit, bonis artibus ut Deo & proximo olim inservire posset, instituendum curaverunt: quem in finem primo quidem domesticis praceptoribus commiserunt, inter quos egregiae fidei atque amoris elogio afficit Virum Rever. Dn. Christoph. Schüssler, hodie Diaconum Zeilenrothensem vigilantissimum, & qui huic in illa cura successit, Doctissimum Samuelem Schulzium, Correctorem olim Soraviensem spectatissimum, beate haecenus defunctum: hujus tandem studio atque industria humanioribus literis eo vsque imbutus, ut altioribus capessendis par haberetur, missus est a beato Domiuo Parente ad hanc nostram regiam Academiam, ipso sui fulgido ortu tunc resplendentem Anno 1693. Audivit Excellentissimum Dominum Thomasiu, Ethica & Historiam Ecclesiasticam, nec non politica, ad Novellarum occasiones, docentem. Praeterea privatissima institutione usus est pl. Rever. Domini Zieroldi, nunc Sacrosanctae Theologiae Doctore, & Professoris Stargardensis celeberrimi: sicut etiam astronomicum collegium, ab Excellentissimo Cellario, P. P. celeberrimo tunc temporis habitum frequentavit. Quoniam autem Theologiae studium suscipere, eo quidem tempore animus ferebat, theticum collegium Dn. Doct. Breithaupt, & isagogen ad lectionem scripturae sacrae Domini Franckii, utrumque summe Reverendd. Theolog. Professorum studiose audivit. Cum autem morbo graviore correptus ab illo quidem benedicente Deo iterum liberatus, eo ipso vero Medicinae artis peculiari quodam favore imbutus esset, hanc ipsam comprehendere in animum induxit, eique toto posthac studio incubuit. Usus itaque est Excell. Dn. D. Hoffmanni institutione in physicis, habito collegio experimentalis curioso, & duorum cadaverum humanorum sectionibus & anatomicis demonstrationibus ab eodem administratis adstitit. Mea quoque opera, mira assiduitate atque solertia sua usus est, tum integrum, quem vocamus, cursum medicum absolvendo: tum iterum seorsim per partes, anatomiam, physiologiam, pathologiam, chymiam, pharmaciam extemporaneam, tum ipsius materiae medicae commentationem exequentem: imo secunda vice chymicum collegium, & practica, systematicum unum, alterum casuale, nec non chirurgicum historico-practicum, quod casuale vocant, summo ubique cum studio, frequentavit. His ita per aliquot annos diligentissime actis ad ipsam praxin clinicam sese contulit, & medicinam exercuit in paedagogio Glauchensi, & Regio ibidem orphanotrophio, eo tamen instituto, ut ubi necessarium videretur, etiam meam de rebus praesentibus sententiam exquirere, cordi haberet.

Con-




682.



Confirmatus autem in his magis magisque & imprimis facis indices agnos-  
cens, quanti usus sint bona & quibus fidere liceat medicamenta, laboribus  
chymicis in metallorum atque mineralium penitioris scrutinio sedulo invi-  
gilans, eos se in hoc suo coepto progressus fecisse sperat, pro quibus Divi-  
nae benedictioni sese obstrictum esse agnoscit. Tandem e re sua duxit ju-  
ra etiam & immunitates in arte nostra & honores supremos capeffere.  
quem in finem ad examina consueta admitti a Facultate nostra petiit, eo-  
que impetrato, tam scientiam suam quam peritiam in arte nostra solidam  
assatum probavit. Superest ut ultimum specimen edat publicum disputa-  
tione solenni, sive ut vocant inaugurali. Conseripit hanc integram, sine  
verbo etiam aliunde adjecto, qualem publicae ventilationi subjicit, de sen-  
su naturae circa curationes incongruas, & de noxa exinde proveniente.  
Exponet illam publicae disquisitioni proximo die Mercurii III. Calend. Maj.  
Ad quem actum solennem honorifica sua praesentia splendide condecoran-  
dum, Magnificum Academiae Prorectorem, Illustrissimos, Illustres, Maxime  
Reverendos, Excellentissimos, Consultissimos, Experientissimos, Amplis-  
simos, Nobilissimos atque Doctissimos Academiae nostrae Proceres, Fau-  
tores, Hospites, Cives, quibus par est, obsequiis, officiis,  
humanitate, invitamus.








**ULB Halle** 3  
005 569 893  







B.I.G.

Farbkarte #13

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

NESTI STAHL,  
t. Fac. Decani

INAUGURALE

E  
MENTO  
LACI.

Æ,  
ii Anno MDCC VI

1706, 17

055

7